



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ecclesiasticorum Vita, Moribus, Officiis Libri Tres

Schevichavius, Gisbertus

Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.

Cap. XCIX. Missæ Sacrificio, Vt Præcipuo Iatriæ cultu, honoratur Deus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42349

MISSÆ SACRIFICIO, VT PRÆCI-
puo latriæ cultu, honoratur
Deus.

*Ecclesiastici
quotidie sa-
cris interfint*

§. Clerici quidem Concilij primi Tolerani præcep-
to can. 5. astringuntur, vt diuino quotidie in-
terfint Sacrificio, vt tamen majori Sacri audiendi stu-
dio exardescant, imò & ejus faciendi ardentiori fla-
grent desiderio, lætissimi & vberissimi ejus fructus si-
lentio inuoluendi & obruendi non sunt.

*Missæ præci-
puus Dei
cultus.*

§. Itaq; illud animo altè reponendum, hoc sacrifi-
cium ad vni Deo debitam seruitutem & cultum exhi-
bendum pertinere, vt affirmat S. August. lib. 20. con-
tra Faustum Manichæum cap. 21. quo illi latria & su-
premus honor tribuitur. De quo Alexander Martyr &

*Eucharistia
casto puroq;
animo offe-
renda, su-
menda, &
ita potius excoli
veneranda.*

V. à D. Petro Romanus Pontifex epistola sua prima: Nihil,
inquit, in Sacrificiis maius esse potest, quam corpus & sanguis
Christi, nec ylla oblatio hac potior est: sed omnes hac præcellit,
qua pura conscientia Domino offerenda est, & pura mente su-
menda, & ita potius excoli & venerari debet. Et habetur de consecrat.
can. 6. Nihil. dist. 2. Offeritur enim hic Deo infinitæ di-
gnitatis victima vnigenitus Dei Filius in quo ipsi sum-
mè complacuit, & ab eodem offertur per Sacerdotum
ministerium.

*Deum Missæ
sacrificio ho-
norantes ter-
renis, apè, at
semper spiri-
t. lib. & coe-
lestibus benis
honorantur.*

§. De quo tanto honore quasi congratulans sibi
Deus, ait Malach. 1. v. 11. Ab ortu Solis vsq; ad occasum mag-
num est nomen meum in gentibus: & in omni loco sacrificatur
& offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est no-
men meum in gentibus. S. Irenæus lib. 4. contra her. c. 32. legi-
t. Nomen meum glorificatur inter gentes, & nomini meo offertur
sacrificium purum. Meritissimum igitur summumque
hoc sacrificio honorem Deo præstent, qui ait, Ego Do-
minus

minus gloriam meam alteri non dabo Iſa. 42. v. 8. Et Malach. 1. v. 6. Si pater ego sum, ubi est honor meus? 1. Reg. 2. vers. 30. Quicumq; honorificauerit me glorificabo eum.

CAP. C.

MISSÆ SACRIFICIUM EST EVCHARISTICUM, quo merita pro beneficiis gratiarum actiones Deo persoluuntur.

§. EST sacrificium laudis, & gratiarum actionis, quo pro acceptis à Deo ingentibus & innumeris beneficiis gratiæ non solum aguntur, sed & referuntur. Valde sollicitus fuit vterque Tobias cap. 12. quid Angèlo Raphaëli, quem hominem suspicabantur, pro collatis referrent beneficiis. Similiter Dauid Psal. 115. v. 3. Quid retribuam Domino pro omnibus que retribuit mihi? Ervel maximè hac in sollicitudine esse debent Christiani, quibus plura & maiora à Deo sunt præstita beneficia, quibus & dicitur Ephes. 5. v. 20. Gratias agentes, semper pro omnibus (gratiis, donis, beneficiis) in nomine Domini nostri Iesu Christi (id est, per Christum, qui ea beneficia promeritus est, & obtinuit) Deo & Patri. Et 1. Theſſ. 5. v. 18. In omnibus gratias agite: hæc est enim voluntas Dei, in Christo Iesu in omnibus vobis.

Dei Filius
cunctis Dei
donis præstā-
tior in gra-
tiarum acti-
onem offer-
tur.

Gratitudi-
nis exactio
Deo.

§. Quid ergo faciemus, vt nos gratias Deo exhibeamus? Inter alia potissimum est, vt quotidie corporis & sanguinis Christi Domini sacrificium, vel celebrando vel minimùm audiendo Deo offeramus. De quo S. Iren. lib. 4. aduersus hæres. cap. 32. Christus, ait, noui Testamenti nouam corporis & sanguinis sui discipulos suos oblationem docuit, ne essent infructuosi & ingrati, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in vniuerso mundo offert Deo. S. August. lib. 1. contra aduers. legis & Proph. cap. 19. exponens Psalm. 49. v. 23. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo

Maxima
gratiarum
actio corporis
& sanguinis
Christi sa-
crificatio.

Ecclesia ab
Apostolis do-
ctæ ubique
sacrificat.

Q3

ostendam